nach seinem Tode zuzufallen habe; und gegen seinen Oberen ist er sicher, denn „er war in einem solchen Verhältnis angestellt, daß er vermöge der politischen Verordnungen nicht mehr als Angehöriger seines Klosters angesehen wird.“

Das alte kanonische Recht hatte dem Proprietarier, d. h. jenem Ordensmanne, der das Armutsgelübde durch Besitz von Sondereigentum gebrochen hatte, furchtbare Strafen angedroht: er sollte exkommuniziert, ja wenn unverbesserlich, ausgejagt werden, sein Leichnam entbehrte des kirchlichen Begräbnisses.[1]) Nach geltendem Recht geht ein solcher, wenn seine Schuld festgestellt ist, durch 2 Jahre des aktiven und passiven Stimmrechtes verlustig und ist den jeweiligen statutarischen Strafen zu unterwerfen.[2]) Wird man glauben wollen, die Kirche habe aus Laune diese Strenge hervorgekehrt? Hat sie nicht in die Vergangenheit geschaut und die Erfahrung zu Rate gezogen, hat sie nicht in die Zukunft geblickt und geahnt, was die Geschichte mehr denn einmal bestätigt hat? „Man beachte es wohl, die erschlafften, ihrem Berufe untreu gewordenen Orden sind zur Ehre der menschlichen Natur wie des Christentums und des klösterlichen Lebens zu allen Zeiten mit Unfruchtbarkeit geschlagen. Die Welt will sie so wenig als Gott, und so wie er, spricht auch sie zu ihnen: Utinam frigidus esses aut calidus, sed quia tepidus es et nec frigidus nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo.“ [3])

## Sermo des Bischofs Petrus Girardi bei der Übergabe des Kardinalshutes an Pileus de Prata und Galeotto de Petramala (1386/87).

Aus Cod. lat. 12722 f. 158—159 der Pariser Nationalbibliothek.

Von k. k. Universitäts-Dozent Dr. Franz Bliemetzrieder, Graz.

*Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque pecierint fiet illis a patre,*[4]) Mathei XVIII.[5]) Videtur michi, quantum ex scripturis et experienciis invenitur, quod piissimus ac benignissimus pater propter quinque inter cetera consuevit precibus deprecancium inclinari, videlicet

propter suam clemenciam et generositatem,
petencium instanciam et a[u]ctoritatem,
promptam[6]) obedienciam et humilitatem,

[1]) c. 2 (Lat. III); 6 (Innoc. III) X, 3, 35.
[2]) Conc. Trid. sess. 25, 2 de reg.
[3]) Montalembert, Die Mönche des Abendlandes, übers. v. Paul Brandes, I. Bd., CLXIV.
[4]) Die Zitate sind im Ms. unterliniert.
[5]) XVIII] in margine, X° 8° in textu.
[6]) prumptam ms.

personarum decenciam et habilitatem;
propter primum inclinatur interius ex sua natura,
per 2.m condescendit attencius[1]) precum armatura,
per 3.m aficitur benignius humili fractura,
per 4.m provocatur vehemencius ut illi iunctura.

Primo igitur solet pater clementissimus precibus condescendere supplicantibus propter suam internam clemenciam ac naturalem pietatem, quam debent habere superiores rectores rei publice circa subditos poeta dicente: *Sis pius inprimis; nam cum vincamur in omni | munere, sola deos equat clemencia nobis* ait Claudianus,[2]) in maiori. Hanc autem naturalem clemenciam et intrincecam circa filios solicitudinis pietatem figuravit sanctus, de quo scribitur, Thobias, eiusdem X° ca[pitul]o[3]): *Solicitus erat* pius *pater*, quidnam eius detentus filius tanto tempore moraretur. Item 2.° pater piissimus precibus inclinatur propter instanciam petencium, maxime cum sunt petentes magne auctoritatis precipuique valoris, potissime dum illa postullant que racionis esse videntur. Aliter autem ipsorum preces essent nullatenus admitende, quin pocius utiliter et racionabiliter refutende, unde sanctus Prosper in libro epigramatum:[4])

*Cum Deus effectum precibus non prestat iniquis,*
*multum concedit, quod nocitura negat.*

Pius ergo pater utilia multiplicatis intercessoribus sollempnibus propter precum importunitates petita concedit; quampropter Luce XI°:[5]) *dico vobis* quod *si* quis *perseveraverit pulsans et si non dabit illi eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, et dabit illi* quod petebat, sic enim *pater dabit spiritum bonum petentibus se.*

Preterea 3° concedit et exhibet pater clemens racione obediencie et humilitatis ad se confugientibus graciam et benignitatem, et ideo ad talem est merito accedendum, quantumcumque offensa precesserit qualiscumque, dicente Ovidio de Ponto epistola 4a:[6])

*Confugit interdum templi violator ad aram*
*nec petere offensi numinis horret opem.*

In huius rei exemplum pariter et figuram est ille filius prodigus qui dicebat: *pater peccavi in celum et coram te*[7]) et

---

[1]) attencius] prius: aptencius, sed corrigitur.
[2]) Claudianus de quarto consulatu Honorii Augusti v. 275 (ed. Bipontina 1784).
[3]) Tobias 10, 1.
[4]) Sancti Prosperi op. omn., Venetiis 1744, 1, epigr. 98 de petitionibus contrariis Deo, pag. 389.
[5]) v. 8. 13.
[6]) P. Ovidii Nasonis epistolarum ex Ponto lib. II., ep. 2, v. 27.
[7]) Luc. 15, 21.

c(etera). Et certe tali fuerat miserandum dicente Ysidoro libro 2° soliloquiorum[1]): *impia iusticia est fragilitati humane non ignoscere.* O homo! *lex tua te constringit, iudicium quod aliis ponis, ipse portabis.*

Quarto et ultimo preces pater benignus acceptat propter decenciam et habillitatem personarum, maxime que possunt esse utiles rei publice et bono communi plurimo suffragari, unde et Ovidius libro de Ponto:

*Parcendum est animo miserabile vulnus habenti.*

Cuius habillitas tempore dabit opem.

Unde debet dicere tali cuilibet bonus pater: *Ego ero illi in patrem et ipse erit mihi in filium* 3ii Regnm. 7mo capitulo.[2]) Est istud sufficiat de maiori.[3])

Nunc autem ad propositum descendendo in theumate nostro et loco divisionis correspondenter ad maiorem quatuor demonstrantur, quare et quomodo dominus noster sanctissimus papa Clemens 7mus ad vos dominos meos benigniter inclinatur, videlicet

paternalis clemencia, per quam vult se dirigere: quod tangitur, cum dicitur: *fiet vobis a patre,*

dominorum instancia, quam proponit admittere: de quacumque re *pecierint,*

patens obediencia, qua censet vos erigere: *super terram,*

valor atque decencia, quam habetis ex genere: *duo ex vobis.*

Primo itaque patet in verbis theumatis correspondenter ad primam partem maioris paternalis clemencia, per quam dominus noster sanctissimus papa erga vos, sicut et in omnibus aliis, dirigere se proponit, cum dicitur: *fiet vobis a Patre;* ait enim Tullius de officiis libro primo:[4]) *nichil laudabilius, nichil magno preclaro* que *viro dignius placabilitate* et *clemencia,* que *tamen ita probanda est ut adhibeatur* cesaritas,[5]) *sine qua non potest* res publica *aministrari;* hinc et Seneca in libro de clemencia ad Neronem:[6]) *Nullum ex omnibus clemencia magis quam*[7]) *regem aut principem decet. Magni animi proprium est placidum esse tranquillumque, et iniurias atque*[8]) *offensiones despicere. Iracundissime ac pro corporis captu pugnatissime sunt apes et aculeos* in *vulnere relinquunt, rex* tamen apum *sine aculeo est;*

---

[1]) Isidori Hispal. episcopi synonymorum sive soliloquiorum li. II. l. I, ep. 5, v. 23. c. XVI. op. Coloniae Agrippinae 1617, pag. 226.

[2]) II. Reg. 7, 14.

[3]) maiori] ms. add: Repetas illam si vellis.

[4]) M. Tullii Ciceronis opera, ed. Bipont., 12 (1781), pag. 40.

[5]) cesaritas] sic ms. recte: severitas.

[6]) L. Annaei Senecae op., ed. Bipont., 2 (1800)., nr. 3, 5, 19.

[7]) quem! ms.

[8]) adque ms.

*natura* enim sibi *telum detraxit et iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens.* Hec Seneca. Ista possent mansuetudini ac clemencie sanctissimi domini nostri pape multipliciter applicari, sed transio gracia brevitatis. Constat enim quod in omnibus factis suis *clemens et pius est*, 2.° Paralipominon XXX.° [1]) Quapropter dicere possum quod *pater* videns *a longe* filium venientem *misericordia motus est*, Luce XV.° [2])

Secundo patet in verbis theumatis manifeste dominorum instancia, videlicet domini comitis Virtutum (et) [3]) illustris principis, comitis Sabaudie, principis Aquaie et aliorum plurimorum, quorum preces et instancias dominus noster sanctissimus admittere re vera proponit. Quamvis enim propter causas innumerabiles forent predicti domini in suis precibus audiendi, una tamen inter alias existit multum apta, videlicet frequens et seriosa insinuacio ad hoc ipsum, nec immerito. Ait enim Johannes Cassianus in collacionibus sanctorum patrum in collacione sancti Isaac: [4]) Hortatos nos et persuasos fratribus exhibere debemus; nam ipse *dominus* omnium *ortatur nos ut eum importunitate quodam modo coartemus, qui importunos* nos *non modo non despicit, nec refutat, sed invitat et laudat: Petite, inquam, et accipietis.* Quapropter et ipse beatissimus dominus noster papa Clemens sua clemencia dicere potest principibus supra dictis: *Libenter tribuam quecumque pecieritis* Ge. XXXIII,° [5]) et hoc tangitur in theumate, ubi dicitur: *quecumque pecierit.*

Item 3.° insinuatur in eodem patens obediencia, quam isti domini habere noscuntur et per quam ad lucem et veritatem revertuntur, cum dicitur: *consenserint super terram.* Ait enim *Tullius* de beneficiis libro 4.° : [6]) *non est levitas a cognito et dempnato errore discedere, ingenue* ac nobilis voluntatis est dicere *aliud putavi, deceptus sum; superbie* vero ac *stulticie* dementissime est dicere: *quod semel dixi, qualecumque est, fixum tenebo; non* enim *est turpe cum re mutare consilium.* Quapropter possunt dicere isti domini viam veritatis intuentes, que procul dubio de celo est: *Quid michi in celo est et a te quid volui super terram?* psalmo septuagesimo 2° , [7]) et hoc quia

---

[1]) v. 9.

[2]) v. 20.

[3]) et] add. ms.

[4]) Johannis Cassiani collationes, CSEL, XIII, 2 (ed. M. Petschenig) Vindobonae 1886, pag. 279.

[5]) Es ist Gen. 34, 12.

[6]) Irrtümlich, dies Buch: de beneficiis ist nicht Ciceros, sondern gehört Seneca an (ed. cit. lib. IV., nr. 39). Vgl. M. Schanz, Gesch. der röm. Literatur, II, 2, München 1901, S. 301.

[7]) v. 25.

propter eorum fidem et obedienciam dominus noster ipsos proponit erigere: *super terram*, quod fuit 3m theumatis preassumpti.

Quarto in ipso theumate demonstratur, unde sunt benigniter a pio patre domino nostro elevandi, videlicet valor atque decencia, quam habere noscuntur. Plurimum enim proficere poterunt in isto scismate qui nunc regnat, utpote qui noverunt fraudulencias et venena illius serpentis antiqui et sui miserabilis exercitus qui terram inficit et dementat. Ait enim beatus Gregorius, quod dux eum militem magis diligit qui aliquando timore et errore deceptus fugiens recessit et postmodum reversus hostem fortiter pressit, quam eum militem qui numquam fugam inivit, nec contra hostem viriliter egit. Porro isti duo illuminabunt eos qui in tenebris false opinionis et umbra mortis resident ofuscali, et tunc procul dubio de ipsis verificabitur quod apocal XI° capitulo [1]) continetur: isti *sunt duo candelabra* lucencia ante Dominum etc(etera).

Finaliter igitur concludendo, quia domini nostri sanctissimi domini nostri pape circa vos reverendissimos patres concurrit feliciter et eminet habundanter

paternalis clemencia per quam vult vos diligere, cum dicitur: *fiet vobis a Patre*,

dominorum instancia, quam proponit admittere: *de quacumque re pecierint*,

patens obediencia, qua censet vos erigere: *super terram*,

valor atque decencia, quos habetis ex genere: *duo ex vobis*:

ideo supra dictus dominus noster mittit vobis insinia dignitatis, catellos videlicet rubeos, sancte Romane ecclesie cardinalium eminenciam, ad quam vos assumpsit, specialiter designantes. Porro ornamentum huiusmodi reverencie specialis fuit originaliter in sacerdotibus legis veteris hactenus figuratum et nichilominus in lege nova per concessionem Constantini primitus enivit in actum, unde legitur nongentesima [2]) sexta distinctione capitulo *Constantinus* [3]) para(gra)fo beato Silvestro: *reverendissimis clericis* sancte *Romane ecclesie servientibus illud culmen singularis potencie* et *precellencie habere* sancimus,[4]) *cuius amplissimus noster cenatus videtur gloria adornari*. Hoc ibi. Sanctissimus ergo pater talia vobis mitens et ad hanc altitudinem vos admitens dicere satis potest illud tercii Regum VII.mo capitulo: [5]) Edificavit duas columpnas et super capita earum duo posuit capitula, et item illud Psalmi septuagesimi quarti: [6]) *Liquefacta est terra et omnes qui*

---

1) v. 4.
2) nogesima ms.
3) c. 14, § 2.
4) sancin? ms.
5) Frei zitiert.
6) v. 4.

*habitant in ea* pro maiori parte, et hoc videlicet propter scisma: *Ego* autem *confirmavi columpnas eius*, videlicet istos dominos cardinales.

* * *

Jede Zeit wird am besten durch sich selbst verstanden. Nicht selten wird eine Periode von dem Standpunkte aus, auf dem eine andere angekommen ist, schlecht oder gar mißverstanden. Manche Erscheinungen des kirchlichen Lebens der einen Zeit bestehen in der anderen nicht mehr, manche Kausalitäten sind in der späteren Zeit nicht mehr wirksam. Dies gilt auch von der Zeit des großen abendländischen Schismas, die von der unsrigen durch mehrere Jahrhunderte getrennt ist. Viele Verhältnisse des kirchlichen Lebens haben sich seither ganz und gar geändert und nicht wenige Faktoren, die damals wirksam waren, sind lange nicht mehr tätig. Anderseits stand die wissenschaftliche Beurteilung der Zeit des Schismas bis vor kurzem noch sozusagen unter dem Banne eines seit einer gewissen Zeit gesteigerten dogmatischen Interesses. Man glaubt fast a priori recht zu haben, daß Urban VI. sicher der legitime Papst war, daß somit alles was die Kardinäle gegen ihn getan haben, insbesondere die Erhebung Klemens' VII., als Unrecht zu verurteilen ist. Diese Frage wird statt mit rein historischen Gründen mit Kriterien dogmatisch-wissenschaftlicher Natur gelöst. Ich selbst habe die Legitimität Urbans VI. als „factum dogmaticum" erklären hören. Eine solche Prätension kann der eindringenden historischen Forschung wohl nicht günstig sein.

[Wie ist doch wohl die eigentümliche Erscheinung zu erklären, daß im selben Jahre 1387 der Bischof Petrus Bohier aus Überzeugung, wie nicht zu zweifeln ist, die Partei Klemens' VII. verläßt und zu Urban VI. zurückkehrt, zwei Kardinäle aber Pileus de Prata und Galeotto Tarlati de Petramala von Urban VI. abfallen,[1]) zu Klemens VII. übertreten und von ihm den roten Hut annehmen? Man wird vielleicht sagen, dies schade der Sache Urbans VI. gerade so wenig, wie wenn im selben Jahre, sagen wir ein Protestant aus Überzeugung zum Katholizismus zurücktritt, zwei Katholiken aber demselben den Rücken kehren und Protestanten werden: diese zwei, sagt man, haben ohne Zweifel aus Irrtum gehandelt; so hätten auch die zwei Kardinäle unedel gehandelt, aus Furcht vor dem Zorn Urbans VI. die Flucht ergriffen und dann das Anerbieten des roten Hutes seitens Klemens' VII. als gutes Auskunftsmittel gerne

---

[1]) Valois, La France et le grand schisme d' Occident 2, S. 118; Bliemetzrieder, Das Generalkonzil, S. 105 f.

angenommen. Es kann ja sein, daß diese beiden Männer ihre bisherige Überzeugung von der Legitimität Urbans VI. schuldbarer Weise, aber leichten Herzens mit dem von Urban VI. verliehenen Purpur ausgezogen und mit dem Purpur des Gegenpapstes auch die Überzeugung von dessen Legitimität angezogen haben. Aber wie will man es erklären, daß die Hälfte der Kardinäle, die sich Urban VI. kreiert hatte, unzufrieden mit seiner Regierungsweise mit ihm in Konflikt geraten, fünf ihm den Gehorsam aufsagen und eine Aktion gegen ihn einleiten? Sechs büßen ihr Unterfangen schwer.[1]) Zwei, Pileus de Prata und Galeotto de Petramala flüchten sich von Genua, wo Urban VI. mit seiner Kurie weilte. Dieselbe Tatsache wiederholt sich nicht lange nachher im Jahre 1408, wo die Mehrzahl der Kardinäle Gregor XII. verlassen und den Gehorsam aufkündigen. Diese Erscheinungen mit revolutionärer Gesinnung zu erklären, wovon die damalige Zeit infiziert gewesen wäre, heißt den Knoten zerhauen, aber nicht lösen. Man muß eben die Faktoren kennen, die damals noch im kirchlichen Leben wirksam waren; heute hat eine ganz andere Denkweise Platz gegriffen.

Pileus de Prata und Galeotto de Petramala flüchteten sich zu Gian Galeazzo Visconti nach Pavia und publizierten von hier aus Rechtfertigunsschreiben. Dasjenige, welches am 8. August 1386 nach Bologna ging, ist durch H. V. Sauerland bekannt gemacht geworden.[2]) Die bemerkenswerteste Stelle darin ist die, wo sie ihr eigenes Schicksal vergleichen mit demjenigen der Kardinäle vom Jahre 1378, die Urban VI. aus dem Nichts zur höchsten Würde erhoben haben; damals, so sagen sie, hätten sie den Abfall der Kardinäle von Urban VI. für eine Missetat gehalten, jetzt aber könnten die verstehen, daß es eine gute Tat war. Quos quamquam tunc multi putaverunt patria affectione motos ad alia devenisse, que hic postea in suos egit, illos excusent, quod non propria passione incitati, sed publico bono intenti istum fugerint, viri quidem indigni tali regimine et pastore. Was sich etwa die anderen Kardinäle gedacht haben? Diese Betrachtung war für Pileus de Prata und Galeotto die Brücke, welche sie nach Avignon zu den Wählern Klemens' VII. führte. Gobelinus Persona erzählt,[3]) Pileus de Prata habe den von Urban VI. empfangenen roten Hut in Pavia öffentlich dem Feuer übergeben. Klemens VII., der in dem Maße zu gewinnen hoffte, als sein Gegner in Italien an Ansehen verlor, nahm die beiden

---

[1]) Eb., 2, S. 112; Baluze, Vitae, 2, 983—988.

[2]) Aktenstücke zur Geschichte des Papstes Urban VI., Histor. Jahrb., 14 (1893), S. 827—31.

[3]) Baluze, a. a. O., 1, 1358.

freudig auf und sandte ihnen nach dem Berichte der prima Vita[1]) durch den Bischof von Le Puy Petrus Girardi den Kardinalshut.

In diese Situation gehört das Stück, das im folgenden aus dem Cod. lat. 12722 fol. 158—159 der Pariser Nationalbibliothek abgedruckt wird. Es ist die Anrede, welche der Bischof bei der Übergabe des roten Hutes an die beiden hielt. Daß es so ist, kann wohl nicht zweifelhaft sein. Daß das Stück eine Anrede bei der Übergabe des Kardinalshutes an zwei ist, sagt es selbst ausdrücklich. Diese zwei Beglückten sind zwar nicht genannt, aber so genau bezeichnet, daß es eben nur die zwei, Pileus de Prata und Galeotto de Petramala sein können. Von ihnen wird gesagt, daß sie „zum Licht und zur Wahrheit zurückkehren;" es wird eine Stelle aus Ciceros Buch de officiis auf sie angewendet, daß es kein Zeichen von Leichtsinn sei, einen erkannten Irrtum aufzugeben und die Gesinnung zu wechseln. Sie sind eigentlich „Flüchtlinge" und „Delinquenten", nämlich Anhänger des Gegenpapstes; aber der wahre Papst macht seinem Namen Klemens Ehre, bezeugt ihnen Milde, Gnade und Güte und nimmt sie auf, umsomehr, als sie sich seiner Sache nützlich erweisen können. Sie kennen den Kriegsplan des Gegners und wissen nun, ihm mehr zu schaden. Auf welche zwei sollte dies passen als auf Pileus de Prata und Galeotto de Petramala? Zudem werden oberitalienische Fürsten eingeführt als Fürsprecher bei Klemens VII., der comes Virtutum, d. i. Gian Galeazzo Visconti, der Graf von Savoyen usw. Ich glaube, die Sache ist gesichert: das Stück ist die Anrede des Bischofs Petrus Girardi, der auch als eifriger Parteigänger und Gesandter Klemens' VII. erscheint, bei der Übergabe des Kardinalshutes an die beiden neuen rehabilitierten Kardinäle und gehört in die Zeit von der zweiten Hälfte des August 1386 bis zum 13. Juni 1387, wo Pileus de Prata nach Avignon an die Kurie kam.[2])

Das Thema der Rede wird angegeben durch den Vers: Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcumque pecierint, fiet illis a Patre, Matth. 18, 19 in der Anwendung auf die festliche Gelegenheit. Der redegewandte Bischof macht eine Teilung von vier Punkten: fiet illis a Patre, quecumque pecierint, consenserint super terram, duo ex vobis und baut die Ausführung auf einen Syllogismus auf: maior minor conclusio. Beide Prämissen sind vierteilig. Der allgemeine Obersatz ist mit den Worten aufgestellt: piissimus ac benignissimus pater propter quinque inter cetera consuevit precibus deprecancium inclinari, ein rechter Oberer pflegt dann gerne Bitten zu erfüllen gemäß seiner Milde

---

[1]) Baluze, 1, 515.

[2]) Eubel, Hierarchia, 1, 27.

und Güte, wenn die rechten Bedingungen vorhanden sind: begründete Bitten und Unterstützung von Seiten hoher Personen, moralische Würdigkeit und Qualifikation der Petenten. Der subsumierende Untersatz ist durch die vier Teile des Bibeltextes gegeben: nun aber ist Papst Klemens ein wahrer guter Vater; die Bitte um den Kardinalshut wird von hervorragenden Personen, dem Comes Virtutum, dem Grafen von Savoyen und vielen anderen auf das kräftigste unterstützt; die Petenten kehren zur Wahrheit des Papsttums reumütig zurück und sind für den hohen Posten eines Kardinals als Säulen und Kämpfer vielleicht mehr nützlich als andere. Deshalb, so schließt Petrus Girardi seine mit Zitaten aus der hl. Schrift, den christlichen und heidnischen Schriftstellern reich aufgeputzte Rede, verlieh Klemens VII. den beiden, Pileus de Prata und Galeotto de Petramala den Kardinalat und sendet ihnen das Zeichen der Würde, den roten Hut. Diese Szene der Übergabe ging wohl nach dieser feierlichen Anrede vor sich.

In der Pariser Handschrift folgt diese Anrede des Bischofs Petrus Girardi auf das Schreiben, das Klemens VII. im Jahre 1380 seinen Gesandten, dem Bischof von Genf Johann de Murot und dem damaligen Kammerkleriker Petrus Girardi zuschickt, welches ich binnen kurzem veröffentlichen werde. Im Jahre 1382 wird Petrus Girardi Bischof von Lodève, am 17. Juli 1385 nach Le Puy transferiert und im Jahre 1390 zum Kardinal kreiert.[1])

---

## Congregatio Hispano-Benedictina alias Sancti Benedicti Vallisoleti.

Auctore D. Fausto Curiel, O. S. B. Hispano-Casinensi P. O.

(Continuatio ad fasc. IV. 1908, pg. 561—579.)

### Articulus II.

### Monasteria Provinciae „de Campos".

Erant quatuordecim, nempe; Valladolid, Sahagun, Carrion, Leon, Exlonza, Espinareda, Montes, Salamanca, Dueñas, Bueso, Zamora, Medina, Fromista et San Mancio. Nunc de singulis pauca, quemadmodum de praecedentibus fecimus.

### § I.

### Monasterium S. Benedicti Vallisoleti.

Hoc Coenobium, etsi fundatione novissimum, reformatione tamen, quae ad alia multa inde propagata est, celeberrimum

---

[1]) Eubel, a. a. O., S. 323, 91.